

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen**

**Case, John**

**Francofurtum, 1597**

**VD16 C 1242**

In specvlvm moralivm

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

IOANNES VNDERHIL  
Viccancellarius Oxon.

**D**OCTVS es? ergo Casi mortalia laudibus effers:  
Barbarus es? morsus non timer ille tuos.  
Liber enim à vitijs liber est qui prodit, & omnes  
Virtutum numeros philosophando docet.  
Non dedit hoc seculo prælum Oxoniense priorem,  
Doctrinâq; dabunt secula nulla parem.

LAVRENTII HUMFREDI,

IN SPECVLVM MORALIVM  
Quæstion. Ioan. Casæi, præ-  
monitiõ.

**R**VRVS Casæus variatio prodit amictu  
In scenam: rursus perpolit ille scholas.  
Gaudeo: quod tali membro schola nostra fruatur.  
Quo totum Corpus pulchrius esse queat,  
Londini cœpit logicos excudere libros,  
Talibus ex scatebris nobilis vnda fluit,  
Cotricula est acuens animos Dialectica: nodos.  
Solvit, & emuncti est Regula Iudicij.  
Iam verò Speculum nostris proponit ocellis,  
Quod verbis nitidum est, ordine perspicuum.  
Hoc speculùm vobis nunc Oxoniensis alumnus  
Porrigit. En præli dat quoque primitias.  
Ex speculo poteris formam speciemq; tueri,  
Et turpes maculas tergere: Socraticum est.

Speculum.

B 2

Est



- Moralium.** *Est speculum morum, vitæ pralustris imago  
O quantum distant hæc duo, Vita, logos:  
Differimus logicè, sic disceptamus acutè  
Est hominis proprium cum ratione loqui.  
Sed nunc Casaus verbalis desinit esse,  
Hæc docuisse sat est, hæc didicisse satis.  
Nunc opus est maius, nostros cupit esse reales.  
Laus est, virtutem moribus exprimere.*
- Quæstionū.** *Sic moralis eris, si non Quæsitior at Actor,  
Quære, sed ut cesses quærere: viue magis.  
En schola Xenocratis, Quid virtus? sapè requirit  
Quando, inquit Sapiens, illius vsus erit?  
En schola nostra sonet virtutem, ac viuere discat:  
Attica Gens dicit, Turba Lacæna facit.  
Sed quatuor recolas, quicung, hæc Ethica voluis,  
Ut spinas vites, percipiasq, Rosam.  
Aristotelica. Finis Aristoteli fixus non vltima meta est,  
Progredere vltcrius, ni miser esse velis.  
Nosse Deum Patrem Christumq, hæc vita beata est,  
Hoc solum summum saluificumq, bonum.  
Ioan. 7. *Natura palpo ne sis, sed deprime cristas,  
Seruum est, ni Christus liberet, Arbitrium.  
2. Lib. Arbitrium. Fac, operare: operum meritis ne adscribe salutem.  
3. Operum Iustitia. Sola Fides, & non Ethica iustificant.  
4. Opera & suffragia pro defunctis. Hic tua facta seras, post imminet Hora metendi,  
Defuncto Manes nil releuare potest.  
Hic v Aristoteles vester contraria scripsit,  
Consule Casæum, Gratia sitq, Deo.**

THO-



THOMAS BICKLEVS  
Doctor Theolog.

QV<sup>id</sup> queris iuuenis? mores haurire pudicos?  
De hisq; loqui, docet vt doctus aristoteles?  
Hoc dat vtrumq; tibi non casus sed Casus, huius  
Vitam lingua refert, viuit vt ipse docet.  
Scire loqui liber hic de moribus instruit omnes,  
Moribus antiquis viuere rite iubens.

ARTHVRVS VVELDARDVS  
Doctor Theolog.

OPTIMA quisquis amas degenda dogmata vita  
Perspicere, atq; animo fixa tenere tuo:  
Huc ades; En, speculo vi paruo Casus Oxoniensis  
Subijcit illa oculis perspicienda tuis.  
En, Speculum vt paruum, sed quo nō clarius vllum est,  
Ingentis monstrat sedulitatis opus.  
Quicquid enim Sophiae moralis ab aethere summum  
Socratis in terras transtulit ingenium:  
Quicquid Aristoteles illius ab ore disertus  
Accepit, libris inseruitq; suis:  
Id totum paruo in Speculo magna arte politum  
Conclusit Casus hic, conspicuumq; dedit.  
Hinc Casus aduersis iactatus casibus olim,  
Non casu euasit clarus & eximius.  
Hinc tandē, & merito, Casus hoc cumulat ur honore,  
Fiat vt Oxonica gloria magna Schola.



GVILIELMI COLI DOCTO-  
ris Theol. Octostichon.

**D**ISSERIS argute, referasq; obscura disertè,  
Verborum & rerum pondera quaq; tenes,  
Clarus Aristoteles sudavit in isto,  
Quem cuncti primas obtinuisse ferunt.  
Sed tamen in multis sphinx est, anigmata fundens,  
Que tandem auspicio sunt patefacta tuo.  
Sic tuus iste, precor, patria labor utilis vsque:  
Hoc cupis ex animo, prætereaq; nihil.

MARTINVS COLIPEPERVS  
Doctor Medicinæ.

**C**VR latuere casa tenuit tua dogmata Case,  
Case, tua meritis non latuisse casa?  
Luce, foroq; scholis que hæc sunt moralia digna,  
Luce, scholis, claro dignior ipse loco.  
Sin tua, Case, tibi securos det casa somnos,  
Inq; casa musa plus tibi Case vacet.  
Perge diu esse quodes, scribendo docendog, clarus,  
Sic casa, in hac nunquam Case latendo, lates.

EDMVNDVS LYLIVS  
Doctor Theolog.

**M**VSA diu sterilis tandem est enixa gemellos,  
Ingenij fetus (Case disertè) tui.  
Cernimus optatos maruro tempore fructus,  
Quos paris, & sophia nobile texis opus.

Scilicet



Scilicet antiquis quantum Stagirus a sophilis,  
Moralis quantum praestitit arte Plato:  
Tantum Philologos splendens tua fama modernos  
Vicit & inuitis obstruit ora viris.  
Dictione clara, stylus facilis contractio suavis,  
Ordo, modus, met hodus, pondera, cuncta placent.  
Addita delituit syluestribus obruta spinis,  
Et propè dumetis septa sophia fuit.  
Occuluit fontes limosis sorda lacunis  
Barbaries studiis infidiosa bonis.  
Inuida posteritas nimium nouit atis amica  
Prastantes veterum spernere coepit opes.  
Pollentes veterum gemmas, praeclara sophilorum  
Dogmata, priscorum mellea scripta patrum,  
Hos aperit fontes, has claua in luce reponit  
Gemmas ingenio Casus & arte valens.  
Doctior an melior, logicisne instructor armis,  
Lis est, an morum maior in arte Charis.  
Hec cui vilescant, promat sua, fonte relicto,  
Cui libet, huic riuus ora rigare licet.  
Credite (vos iuuenes) quorum est iam mæsis in herba,  
Debetur priscis laurea prima sophilis.

OLIVERVS VVITHINGTO-  
nus Doct. Medicinæ.

QVÆ multis sophia studij docuere periti  
Libris, hæc paucis continet istud opus.  
Mille locis qua sparsa legas, collecta videbis,  
Hinc simul atque semel singula nosse potes.

B 4

Maße



Macte animi nunc Case: liber te vindicat omni  
Hic tuus inuidiã lausq; perennis erit.  
Quig; tibi nocuere prius, nocuisse pudebit,  
Euer sanq; tuam qui voluere scholam.  
Quam sit at illa serax, hodie quam let a triumphet.  
Edita nunc vel me scripta tacente docent.  
O vimam tales vellent progignere fructus,  
Inuidia morſu qui nocuere tibi.  
Iam cesset liuor, cessent maledicta, sed ipse  
Ne cesses quaeso scribere plura: vale.

IOANNES DELABERVS  
Doctõr Medicinæ.

CLARVS Aristoteles tibi, Case, recondidit artis  
Arcana & solum te referare iubet.  
Nemo ergo melius diuino munere pandit.  
Abdita: nec nodos explicat vt ilius.  
Plaudite nunc igitur Iuuenes mysteria prostant,  
Discite felices scripta polita viri.

ANTONIUS AILVVORTH  
Publicus Medicinæ Professor.

VITA beata sua laude est prastantior omni,  
Digna magis sacro semper honore coli:  
Laude an honore decet morum celebrare magistrum,  
Qui sancti ostendit premia certa boni?  
Virtutis qui monstrat iter, pretiumq; perenne,  
Et vitij æternum dedecus esse docet?  
Ergo tuus tibi constat honos doctissime Case,  
Laudari meritum non patietur bonos.

Non



Non vitiosus eris, si laudem Zoile carpis:  
Sed vitium es, si te iustus adurit bonos.

FRANCISCVS VVALLIS  
præfes Collegij Diui Ioannis  
præcurforis.

**L**ECTOR habes fratres donatos luce gemellos,  
Felicem tali dicit o prole patrem.  
Cogitat hic plures, effat aq<sup>3</sup> corpora reddet.  
Viuat ut in natis secula longa suis.  
Hac monumenta tuo nuper sat a Case cerebro,  
Quantam mox sobolem sint paritura vide.  
Nam bene moratos alios, qui moribus ipse  
Conspicuis splendet, reddere iure potest.  
Sancta fides, vice prohibet as, illa saq<sup>3</sup> fama,  
Clara magis scriptis sunt documenta tuis.

CARMEN IOANNIS REA-  
di in morum Philosophiam  
Ioannis Casi.

**S**VNT lati fructus, magni castig<sup>3</sup> laboris,  
Atq<sup>3</sup> fauos dulces sedula præstat apis,  
Fertilis in studiis labor est: dialectica nobis  
Iam genuit mores, sarcina prima nouam.  
Altera iam proles communes exit in auras:  
Case, tenes portum, quò tibi cursus erat.  
Magnus Aristoteles, Mundi stupor, Orbis acumen.  
Naturam, mores, maxima, mira docet.  
Naturam: princeps: Mores accepit ab illo,  
Qui mores cælo deuocat, inde docet.

B 5

Socra-



Socratis inuentum Scagiritas perficit, illum  
Hic Casus magna sedulitate docet.  
Si quis inest candor, linguis, animisq; fauete,  
Hec merces tanti sola laboris erit.  
Durus erit, si quis segetes proculcat in herba:  
Si fiat, Zephyri verba caduca ferent.

ETHICI, ET HERCVLEI PAR-  
tus magistri Ioannis Casi Gene-  
thliacon, auth. Nicolao  
Balgaio.

ERGO <sup>ὁ μὲν</sup> <sup>τε</sup> <sup>υὸς</sup> erit solus mihi Casus in orbe?  
Atq; erit hic vindex solus Aristotelis?  
Quanto ego sum felix collega? Quantus in illo  
Impiger est animus, & adia dira vorans?  
Bis decies redijt circumfluis annus ad ortum,  
Ver toties terras pinxit honore nouo:  
Dum grauido gestans opus istud pectore, Casus  
Parturit: ὀ proles lenta, sed Herculea.  
Nam velut in magni cœlestes Hercules ortus,  
Mox trinas fertur continuasse vices:  
Sic liber, Alcide vires habiturus & arma,  
Cœlitus & sensim concipiendus erat.  
Sicq; animo vatis sit verus & ἐνδελος ardor,  
(Quale animo vatis numen inesse ferunt)  
Herculeo plus quam fato, Rameia monstra  
Ingenij sætu, Case, fugabis ouans.  
Hoc si præstiteris, maior tuus Hercule partus  
Lentior vt fuerat, latior esse potest.

THO.



THOMAS DOCHEN.

**V**NVS Aristoteles conscripsit multa, sed illa  
Non satis à multis cognita scripta viris,  
Alter a pars studio facta est obscura librorum,  
Denius auersorve tramite lector eat,  
Alter a pars caecis tractans coniecta latebris.  
Materia obstrusa est proratione suae.  
Maxima pars, moremque hominis, geniumque secuta,  
Presso aut perplexo est enucleata modo.  
Ducere in apricum multi studuere priorum,  
Antè quod obscura texerat arte senex.  
Hac quoque nostrorum plenis successibus atas,  
Captum in defessis mentibus vrsit opus.  
Et bene successit: nam non satis obuia dudum,  
Iam recitat memori quilibet ore puer.  
Hac tibi cum paucis, tam clari gloria facti,  
Case venit longos concelebranda dies.  
Accepit magnam per te dialectica lucem,  
Iam pridem studijs facta diserta tuis.  
Ethica consequitur, cultuque adiuncta sorori,  
Diuitias Domini pradicat usque sui.  
Da comites reliquas, si fas est, Case sorores:  
Vna sit erga omnes officiosa manus.  
Hoc nos, hoc nostram te poscere credito matrem,  
Et sine coniunctas pondus habere preces.

ROBERTVS CRANE QVON-  
dam socius Collegij Baliolensis.

**C**ASVS quid dubitet studium committere prolo?  
Charta perit casu qua lacerata iacet.

Inui-



*Invidus at fors an rabido te perdere dente  
Vellet, si posset, non valet ille tamen.  
Ergo que restant obscuris lecta tenebris,  
Case precor calamo scribito, sicq; vale.*

DE MORALIVM QVÆSTIO-  
num speculo, à Iohanne Caso, in artibus ma-  
gistro, diligentissimè descripto & con-  
cinnato, Tho. Dropi Magdale-  
nensis Carmen.

**Q**VANTVM luce præit pallentia cornua Lunæ.  
Armarus radijs Phœbus in orbe volans:  
Tantum inter reliquas celsum caput erigit artes  
Ethica. Pierij gloria prima solis.  
Hæc Themis, humana pandens oracula vitæ,  
Et que sit iusti semita recta docens.  
Hæc Helice, vectis sinuosa per æquora mundi,  
Commonstrans Summi litorea fausta boni.  
Affectus, æstus, fastus, fremitusq; furentes,  
Euripos varios, quos vaga corda cient,  
Tranquillat, sedat, leni moderamine placat,  
Aut rigido imperio frenat, & arte domat.  
Cautibus è duris genuit quos Caucasus horrens,  
Immanes Thracas, indomitosq; Scythas,  
Instruit, immutat, concinnat, perpolit, ornat,  
Lenigat, illustrat, Dijs facit esse pares.  
Atticus hinc Socrates, sapiens ab Apolline dictus,  
Hanc fertur primum conducuisse suos.  
Post senis Actei Stagiritis æmulus ardeus,  
ausus eam in denis accumulare libris.

Hos



Hos iam lauato Speculo doctissimus offert  
Casus, Aristotelis fidus vbiq, comes.  
Quo bene declarat, quanto veneratur honore  
Antiqua à doctis tradita scripta viris.  
Quo bene declarat, quam non placet illa moderata  
Cacosophia recens. Misosophia nocens.  
Quisquis ad Aonios discursas impiger hortor,  
Mistibus in studiis tempora multa locans,  
Ethicon hoc Casti Speculum spectato politum,  
Ingenij specimen non mediocre boni.  
Lumen inest, & flumen inest, & numen in ill v,  
Ordinis, Eloquij, Dadahaq, Dea.  
Omnia perfectè desinit, diuidit aptè,  
Inuenit ingenio, iudicioq, locat:  
Precinit ornate, clarè distinguit, acutè  
Objicit, argutè soluit vbiq, griphos.  
Adde quod est Speculū, Speculum pulchrius, in quo  
vita duplex viuo picta colore micat,  
Altera contemplans, tranquilla per otia vernans,  
Altera agens, turbis turbida saepe suis,  
Est Speculum, in quo virtutum, Charitumq, velucens  
Semina, radices, germina, fructus, odor.  
Perlege quicquid inest, lectum, mihi crede, placebit,  
Lectum, crede mihi, commoda multa feret.  
Perlege quicquid inest, sic lingua nempe disertus,  
Iudicio prudens, moribus almus eris.  
Tu quod agis, sat agas, peragas, doctissime Caste,  
Assidue Musis invigilato bonis.  
Da nobis, patriaq, tua, populisq, remotis,  
Ingenij, genij, pignora plura tui.



In cæna hercle tuos prouoluent sæcla labores,  
Perpetuoq; tuum nomen honore colent.  
Vosq; Calënsis soboles deuota Mineruæ,  
Et benè morata castæ propago Deæ;  
Ne Casum uestrum casus deuerrat iniquus,  
Cælestem precibus sollicitare patrem.

RICHARDVS EÆDES  
ædis Christi.

**I**N Speculo quicumq; tuos defigit ocellos,  
Case: quod emendet, quodq; sequatur, habet?  
Quodq; datur paucis sic discet doctior esse,  
Vt nequeat pariter non magis esse bonus.  
Te solum, decet hinc oculos auertere: ne sis,  
Narcissi in morem captus amore tui.

Idem in Zoilum.

Lumina dum Zoilus Speculum in morale retorquet,  
Se videt, & mores non probat ipse suos:  
Qui placet ipse sibi, dum se non aspicit ipse:  
A Speculo morum, ne videatur, abit.

BARTHOLOMÆVS  
VVarner,

**C**LAVIS Aristoiem reserans, sensumq; reclusum  
Ostendens, possët dicier iste liber:  
Nam sic exponit, sic explicat omnia, cunctis  
Sensus Aristotelis notus vt esse queat.  
Inuidet & carpit quod non capit inuidus, & se  
Hinc probat ignarum, quod minus ista probet.

Bis

Bis sex auctores auctor coniunxit in vnum:  
Ut simul hos omnes, qui legit ista, legat.

MICHAEL GREENE.

**E**VGE liber, libro non concessure priori,  
Euge minor natus, non tamen arte minor,  
Lima fuit lingua prior: hac incude sed omnis  
Cogitur in dubias impetus ire vias.  
Case, nec est casus mores formare, nec artis:  
Est sacris dignum moribus illud opus.  
Qui tibi cum placidi semper facilesq; fueris,  
Materies operis est ea digna tuis.  
Fortunate senex, ergo tua fama manebit:  
Hi tibi magna satis sunt monumenta libri,  
Nulla tuas laudes excident sacula, nomen  
Nulla tuum, qua non terra loquetur, erit.

MARTINVS READVS.

**S**praclara loqui, si qua sunt vera tueri,  
Vtq; probata bonis sit tua vita, velis:  
Hunc lege: (Deme sacros) non est mihi cognitus alter,  
Qui melius tradat talia totq; liber.

MIRA GVARDA.

**S**CRIPSIT Aristoteles, virtus qua scriberet, ipsa  
Extrueret laudis si monumenta sua.  
Illud Aristoteles, quod Casus, scriberet, ipse  
Si scholia ingenio scriberet apto suo.  
Debet Aristoteli virtus insignia, Casu  
Debet Aristotelesserta, trophea, decus.

1699.



Ingenio, menti, Physi, Logica, Ethyca, Physis:  
Attulit, auxit, alet, ferta, trophæa, decus.

RODOLPHVS RAVENS.

**Z**OILE quid turges? rumpas licet ilia, casu  
In Casum nullo vis violenta cadet.  
Tu citius libro dentes colliseris isto,  
Cuius in Archetypo nomina Casus habet.  
Quisquis enim mores hominum spectabit acutè,  
Fit bonus hinc melior, fit malus antè, bonus.  
Ne quid mira canam, tu rectè intellige Casum,  
Nec si discupias, Zoilus esse potes.

SABINVS CHAMBERVS.

**I**NCLITVS ille Casus logica qui præbuit arti  
Lumina, cum tenebris semisepulta fuit:  
Vt fausto tumidos reparet medicamine mores,  
Egregiâ denos edidit arte libros.  
In quibus explicuit, facili breuitate loquendi,  
Quæ facienda bonis, quæ fugienda malis.  
Præmia quæ repetit studij, sunt gratia vocis,  
Cum precibus mentis: quæ dare nemo neget.

I. VVILLIAMS COLLEGII  
omnium animarum socius ad  
aurorem.

**M**ORES, ingeniu, sophiã docet, exprimit, auget,  
Prudens, pura, pius, vita, loquela, labor.  
Hæc tria Case tuo necluntur iuncta libello,  
Hu tribus addo salern mentis, & arti opus.

Prisca

*Prisca nouis, vitiosa bonis, aeterna caducis  
Coniungis, Speculo discutienda tuo.  
Quos metuis metuisse pudor, spreuisse decorum,  
Edomuisse parum est, edocuisse decus.  
Lux, decus, auxilium, studiosis, artibus, orbi,  
Fulge, uiue, vige, macte labore, vale.*

RICHARDVS HARLY.

**I**N Speculo discit moderari scemina vultum,  
In speculo sparsas colligit illa comas.  
Stulta quid in nigro te spectas scemina vitro?  
Vitra tibi Casus lucidior a dedit.  
Siue velis animi seu frontis tollere rugas,  
Nulla queunt simili tollere vitra modo.

Aliud.

*Iure vocas Diui te praecursoris alumnum,  
Primus apud nostros Ethica namq, doces.*

GIFFRINVS POVELL EX  
Collegio Iesu.

**L**IVID A mordacis fregisti specula Momi,  
Vt nequeant Speculum ledere Case tuum.  
Inuide contractos deponito Zoile dentes,  
Iam lacerare nequis, lingua recisa tua est.

IOANNIS PRIME IN MORA-  
lem Philosophiam Ioannis Casii.

**D**IS CIPVLI Casum si qui coluere Magistrum,  
Quos fecit, Morum praemia Casus habet.

C Spe-